


Leges statutae reipublicae Sancti Marini.pdf/17



Exported from Wikisource on October 1, 2024

Haec pagina nondum emendata est
STATUTORUM

tegri numeri Consiliariorum, statuimus et ordinamus quod deinceps Consiliarij ad numerum saltem quadraginta simul coadunati, et congregati de mandato Dominorum Capitaneorum, praemisso sono campanae, et ceteris servandis servatis more solito, quodlibet negotium Communis tractare, et diffinire possint et valeant, quodque eorum determinationes , et resolutiones habeant idem robur, et firmitatem, quam haberent, si a toto integro sexaginta Consiliariorum numero una rite coadunato factae fuissent, et essent, prout etiam eamdem firmitatem, et robur habere volumus electiones Capitaneorum quae factae fuissent in Consilio minoris etiam numeri quadraginta Consiliariorum non obstantibus quibuscumque .

Addentes quod Consiliarij tempore eorum electionis debeant esse aetatis ad minus annorum vigintiquinque .

Nec unquam possit filius esse Consiliarius eius patre vivente. Prout nec etiam possint esse consiliarij duo, vel plures de una, eademque domo, sive plures fratres simul cohabitantes, et qui adhuc non devenerint ad divisionem communium bonorum, vel hereditatis paternae .

Et ut Consiliarij fideliter, et libentius inserviant nostrae Reipublicae, eis concedimus, quod nunquam personaliter

detineri, et carcerari possint pro aliquo debito civili privato, summam vigintquinque librarum deinde non excedente, nec etiam molestari posse a Curia, et Fisco propter delationem cuiusvis generis armorum praeterquam archibusiorum parvorum minoris longitudinis trium palmorum.

De subrogatione Dominorum Consiliariorum sexaginta virorum.

Rubrica IV.

Quando acciderit, quod aliquis ex numero Dominorum Consilianorum sexaginta virorum nostrae Terrae defecerit morte, velaliter quomodocumque, ut supra in Rubrica de Consilio magno, et generali sexaginta virorum sancitum fuit, modus infrascriptus in electione aliorum loco deficientium observetur, videlicet quod quilibet ex Dominis Capitaneis coadunato generali Consilio duos ad eius libitum, et voluntatem medio eius iuramento nominare possit. Qui nominati debeant postea per Cancellarium alta, et intelligibili voce ad omnium Consiliariorum intelligentiam publicari, et manifestari, eisque sic publicatis possint etiam singuli Consiliarij in eodem Consilio existentes unum, quem maluerint, medio eorum iuramento nominare, et in Consiliarium

proponere, idoneum tamen semper, et aptum ad dictam dignitatem

About this digital edition

This e-book comes from the online library [Wikisource](#)^[1]. This multilingual digital library, built by volunteers, is committed to developing a free accessible collection of publications of every kind: novels, poems, magazines, letters...

We distribute our books for free, starting from works not copyrighted or published under a free license. You are free to use our e-books for any purpose (including commercial exploitation), under the terms of the [Creative Commons Attribution-ShareAlike 3.0 Unported](#)^[2] license or, at your choice, those of the [GNU FDL](#)^[3].

Wikisource is constantly looking for new members. During the realization of this book, it's possible that we made some errors. You can report them at [this page](#)^[4].

The following users contributed to this book:

- Mizardellorsa

1. ↑ <https://wikisource.org>

2. [↑ https://creativecommons.org/licenses/by-sa/3.0](https://creativecommons.org/licenses/by-sa/3.0)
3. [↑ https://www.gnu.org/copyleft/fdl.html](https://www.gnu.org/copyleft/fdl.html)
4. [↑ https://wikisource.org/wiki/Wikisource:Scriptorium](https://wikisource.org/wiki/Wikisource:Scriptorium)